



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 80. Jus in Regnum Siciliae & Jerusalem per investituram Carolo VI.
Imperatorum a Papa assertum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

§. LXXX.

*Jus in Regnum Siciliae & Hierusa-
lem per investituram Carolo VI.
Imperatori a Papa
assertum.*

Sub idem ferme tempus Carolus VI. *Bull. magna.*
Imperator Cardinalem Michaellem *Innoc. XIII.*
Fridericum de Althan Oratorem suum *tom. 8.*
deputabat, ut ab Innocentio XIII. *pag. 467.*
investituram Regni Siciliae, Hierosoly-
mæ, totiusque ditionis citra Pharam
peteret: Tenuerat hæc controversia
integros 21. annos, acriter reclaman-
tibus Gallie Regis nomine Abbate
Taufino & pro Hispano Rege Aquaviva
& Belluga Cardinalibus, qui Cameracen-
sis Conventus hanc in rem habiti exitum
esse præstolandum contendebant: Præ-
valuit tamen Cardinalis de Althan Cæ-
sarei Legati solertia, cui adhuc remo-
ram injecerant recens obortæ difficul-
tates; Cæsar enim investituram ad om-
nes Austriacæ Domus posteros exten-
di, & vicissim Papa cuncta beneficia
ibidem vacantia libere conferendi jus
sibi sartum servari, & Comaclensem
urbem restitui petebant, tandem hac
quoque controversia utrinque compo-
sita die decima septima Maij Pontifex
inve-

Sæc. XVIII investituræ diploma confecit, ac die nona
 A. C. 1722. Junii in concessi feudi testimonium Bullam a se & viginti octo Cardinalibus subscriptam edidit, in qua præprimis retulit, hujus Regni infeudationem a Julio II. Ferdinando Arragoniæ Regi, a Leone X. Carolo V. Imperatori, a Julio III. Philippo II. Angliæ Regi & Hispaniarum Principi, a Clemente VIII. Philippo III. Hispaniarum Regi, a Gregorio XV. Philippo IV. & ab Alexandro VII. Carolo II. Hispaniæ Regi factam fuisse. Hoc autem Rege sine liberis mortuo, & tum tota Europa in partes scissa, Clemens XI. etsi sæpius oblato etiam solito censu requisitus fuisse, hac investitura supersedendum esse duxerit, salvo tamen remanente jure Sacræ Sedi in hæc regna competente.

„Nunc vero, inquiebat Pontifex,
 „Charissimus in Christo Filius noster
 „Carolus VI. Hispaniarum Catholicus
 „& Romanorum Rex in Imperatorem
 „Electus, qui in dicto Regno Siciliae
 „& Hierusalem, & tota terra citra
 „Pharum successit, & illud de præsentibus
 „possidet, volens debitam obedientiam
 „ac fidelitatis, & homagii juramentum
 „in manibus Nostris præstare, &
 „ea, quæ ratione ipsius feudi tenetur,
 „adimplere, dilectum Filium nostrum
 „Michaellem Fridericum tituli sanctæ
 „Sabi-

„Sabinæ Cardinalem de Althau Pro- Sæc. XVIII.
 „curatorem & Mandatarium suum spe- A. C. 1722.
 „cialem fecerit, constituerit, & depu-
 „taverit, specialiter, & expresse ad
 „se nomine prædicti Caroli sexti Regis,
 „quoties opus fuerit, coram Nobis hu-
 „militer & cum omni Reverentia præ-
 „sentandum, ac a Nobis investituram
 „Regni hujusmodi petendam eamque
 „acceptandam, necnon Nobis nomine
 „ejusdem Caroli Regis pro præfato Re-
 „gno Siciliae, & Hierusalem cum tota
 „terra citra Pharum debitam obedien-
 „tiam exhibendam, ac etiam fidelitatis
 „& homagii juramentum ratione feudi
 „dicti Regni præstandum, quod requi-
 „situm necessarium, & opportunum
 „foret ex ipsius feudi natura, & quem-
 „admodum illud præstitum fuerat a
 „Carolo secundo Rege atque ab aliis
 „Prædecessoribus suis in eodem Regno
 „solitum fuerat præstari & dictus Mi-
 „chael Fridericus Cardinalis de Al-
 „thau Procurator, in vim constitutio-
 „nis & deputationis hujusmodi, ad
 „præmissa omnia & singula nomine præ-
 „dicti Caroli Regis peragenda, & exe-
 „quenda coram Nobis humiliter &
 „cum omni Reverentia sub die 17.
 „Mensis Maij proxime præteriti se præ-
 „sentavit, & in generali venerabilium
 „Fratrum Nostrorum sanctæ Romanæ
 „Ec-

Sæc. XVIII. „Ecclesiæ Cardinalium Congregationis
 A. C. 1722. „sub hac die Martis IX. Junii præse-
 „tis Anni, quæ coram Nobis in Pale-
 „tio nostro Apostolico Montis Quirin-
 „lis ad hoc specialiter convocata, &
 „habita fuit cum pluribus Archiepisco-
 „pis, Episcopis, & aliis Prælatibus
 „assistentibus, nomine ipsius Caroli Re-
 „gis Nobis, & Sedi Apostolicæ, ac Ro-
 „manæ Ecclesiæ prædictis obedientiam
 „& homagium, & juramentum fide-
 „tatis sub forma inferius adnotata præ-
 „stiterit. Nos considerantes ipsius Ca-
 „roli Regis hæreditariam regnandi con-
 „suetudinem, & quod sciet & volet com-
 „missos sibi populos in Pacis amœnitate
 „& Justitiæ cultu confovere ac Nos & Ro-
 „manam Ecclesiam ipsius Regni pro-
 „prietarios, ac directos Dominos grati-
 „tudo, fide sincera recognoscere
 „Nec diutius volentes a concessione in-
 „vestituræ, & infeudationis præfate
 „ac directi Domini Nostri usu, & exer-
 „cicio abstinere sed potius novis, &
 „justissimis ex causis ita suadentibus
 „præsentique rerum, ac temporum statu
 „accurate perpensis, Romanorum Pæ-
 „pificum Prædecessorum Nostrorum re-
 „stigiis inhærendo, Nostra, & ejusdem
 „sanctæ Sedis jura, per novam conce-
 „ssionem hujusmodi asserere, & con-
 „servare intendentes, habita super hæ-

„cum eisdem venerabilibus fratribus Sæc. XVIII.
 „Nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car- A. C. 1722.
 „dinalibus prius in eodem Consistorio,
 „& deinde etiam in alia simili Congre-
 „gatione generali ad hoc nominatim
 „habita sub die Sabathi sexta ejusdem
 „præsentis Mensis Junii in eodem Pa-
 „latio Nostro, ibique mandato Procu-
 „rationis ipsius Caroli Regis in Impe-
 „ratorem electi publice, & alta voce
 „perlecto, & diligenter inspecto, ma-
 „tura deliberatione de ipsorum Fratrum
 „Consilio pariter, & assensu, & ex
 „certa nostra scientia, & de Aposto-
 „licæ potestatis plenitudine, in No-
 „mine Patris & Filii & Spiritus sancti
 „obedientiam ab eodem Cardinale de
 „Althaus Procureatore, nomine ipsius
 „Caroli Regis Nobis & Sedi, & Ca-
 „meræ prædictis, ut præmittitur, præ-
 „stitam, itemque homagium & jura-
 „mentum fidelitatis hujusmodi læto,
 „atque hilari animo admittimus, ut
 „Regnum ipsum Siciliæ & Hierusalem
 „cum tota terra prædicta citra pharum
 „usque ad confinia terrarum ejusdem
 „Ecclesiæ Romanæ, excepta prædicta
 „civitate Beneventana cum ejus terri-
 „torio, & districtu, & pertinentiis per-
 „Nos seu Romanos Pontifices distinctis,
 „ac eorum Incolis, quam Nobis, prout
 „illam sibi dudum prædicta Ecclesia
 „spe-

Sæc. XVIII., specialiter reservamus, eidem Carolo
 A. C. 1722. Hispaniarum Catholico & Romano-
 rum Regi in Imperatorem Electo, cui
 per Nostras in forma Brevis pridie ex-
 peditas literas concessimus, ut dictum
 Regnum Siciliæ, & Hierusalem, &
 totam terram citra pharum una cum
 Imperio & Romanorum seu Theuto-
 niæ Regno quoad vixerit, retinere li-
 bere, & licite possit, & valeat, tam-
 etsi in utriusque Julii, Leonis, Cle-
 mentis, Gregorii & Alexandri præde-
 cessorum & ante eos diversorum alio-
 rum Romanorum Pontificum Præde-
 cessorum nostrorum literis id expressè
 & districtè prohiberetur, pro se, suisque
 hæredibus & successoribus tam ma-
 sculis, quam sæminis ex eo recte de-
 scendentibus, natis & nascituris,
 servata inter ipsos descendentes
 prærogativa sexus, ita quod masculis
 ex masculis omnibus sæminis earum-
 que descendentes maribus & sæmi-
 nis, cujuscunque lineæ sint, aut gra-
 dus, semper præferantur, & inter ipsos
 masculos primogenituræ ratio, & li-
 neæ prærogativa prævaleat & obles-
 vetur, quæ prærogativa locum quoque
 habeat, & prævaleat inter dictas sæ-
 minas, earumque descendentes in
 casu deficientiæ omnium descenden-
 tium masculorum ex masculis in feo-
 dum

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

„dum perpetuum pro solito annuo cen-
 „su septem mille ducatorum similium
 „& unius parasfreni Albi, ut præfer-
 „tur, solvendo & cæteroquin in omnibus
 „& per omnia sub conditionibus, mo-
 „dis, formis, adjectionibus, promif-
 „sionibus, clausulis, cautelis, volunta-
 „tibus, ordinationibus in literis utrius-
 „que Julii, Clementis, Gregorii, ac Ale-
 „xandri, & concessione Leonis Præde-
 „cessorum hujusmodi contentis, qua-
 „rum remissionem per Nos & Sedem
 „prædictam factam fuisse non apparebit,
 „omni meliori, quo possimus, modo
 „concedimus, & elargimur, ac Re-
 „gnum ipsum dicto Carolo Regi modo &
 „forma præmissis infeudamus, eum-
 „que de illo per ipsius Michaelis Fride-
 „rici Cardinalis Procuratoris ad oscu-
 „lum pedum nostrorum admissionem
 „investimus, volentes & intendentes
 „ut infra annum a data præsentium
 „computandum, idem Carolus Rex
 „Privilegium suum bulla aurea Bulla-
 „tum, in quo proprio juramento fatea-
 „tur & recognoscat expresse Regnum
 „Siciliæ & Hierusalem, ac totam ter-
 „ram eorum, quæ est citra Pharum
 „usque ad confinia terrarum ipsius Ec-
 „clesiæ Romanæ, exceptis civitate Be-
 „neventana, & loco pontis Curvi, cum
 „illis territoriis, districtibus & per-
 „tinentiis, quæ ad ipsius Regni

Hist. Eccles. Tom. LXXI.

Cc

„tinen-

Sæc. XVIII. „tinentiis, quæ eidem Ecclesiæ re
 A. C. 1722. „maneant, præfato Carolo Regi suisque

„hæredibus & successoribus dicti Regi
 „Siciliæ Regibus sola gratia, & men
 „liberalitate Sedis Apostolicæ & Nostræ
 „fuisse concessa, eosque recepisse, &
 „tenere Regnum Siciliæ, & terram
 „hujusmodi a Nobis & dicta Romanæ
 „Ecclesia sub pactis, modis, conditio
 „nibus supradictis, Nobis, seu Romanæ
 „Pontifici pro tempore existenti dare
 „tradere teneatur, per præmissa autem
 „non intendimus juribus quibuscumque
 „que in aliquo præjudicare.,

„Demum ut idem Carolus Rex in
 „Imperatorem electus eo magis ad fide
 „ceræ illius, quam in Nos & hanc
 „sanctam Sedem profitetur devotionis
 „& observantiæ debita argumenta No
 „bis & eidem Sedi exhibenda excitetur
 „quo Nos & Romanam Ecclesiam in
 „Eum propensiores & munificentiores
 „invenerit, scientia & potestatis plenit
 „tudine paribus ipsi Carolo Regi omni
 „nes & singulos census ratione supra
 „dicti Regni hæctenus decurios &
 „non solutos ex speciali dono gratia
 „liberaliter remittimus & condonamus
 „ipsumque de illis absolvimus, quæ
 „tamus, & plenarie liberamus & ex
 „caussa dictorum censuum hucusque
 „decursum a quocunque nullatenus

„molestari posse decernimus, dum- Sæc. XVIII.
 „modo tamen in proximo festo sancti A. C. 1722.
 „Petri, & sic successive perpetuis fu-
 „turis temporibus singulis annis ipse
 „Carolus Rex, ejusque hæredes, &
 „Successores præfatum censum Nobis,
 „& Successoribus Nostri, cum solitis
 „solemnitatibus integre persolvere om-
 „nino debeant. „

„Forma autem juramenti per di-
 „ctum Cardinalem præstiti, talis est.
Ego Michael Fridericus Cardinalis de Al-
thaun Serenissimi Domini Caroli Hispania-
rum Catholici & Romanorum Regis in
Imperatorem electi, Dei gratia Regis Sici-
liæ, & Hierusalem cum tota terra citra
Pharum Procurator ad hæc omnino spe-
cialiter constitutus speciali modo per dictum
Carolum Regem sub die 10. Mensis Au-
gusti anni proxime elapsi coram Archiepi-
sopo Valentino, Comite Philippo de Sin-
zendorf & Marchione de Rofrano ipsius
consiliariis ac respective Secretariis subscri-
pto, plenum homagium, ligium, & vassa-
lagium nomine dicti Caroli Regis faciendum
vobis Sanctissimo Domino Nostro Inno-
centio XIII. & Ecclesiæ Romanæ pro
Regno Siciliae & Hierusalem, ac tota
terra, quæ est citra Pharum, usque ad
confinia terrarum ipsius Ecclesiæ excepta
civitate Beneventana, & toto territorio
& omnibus districtibus & pertinentiis se-
Cc 2 cundum

Sæc. XVIII. cundum antiquos fines territorii, & po- tent
 A. C. 1722. tinentiarum & districtus civitatis ejusdem tine
 per Romanum Pontificem distinctos, & bili
 imposterum distinguendos, in animam por
 Serenissimi Caroli Regis Principalis se v
 juro, quod idem Serenissimus D. Carolus sum
 ab hac hora in antea fidelis, & obediens bar
 erit Beato Petro, & vobis Domino Le Reg
 nocoentio XIII. vestrisque Successoribus Ro- tern
 manis Pontificibus Canonicè intrantibus, Reg
 sanctæque Romane Ecclesie Apostolica vix
 Non erit in Consilio, consensu, vel factis qua
 ut vitam perdati seu perdant, aut mor- pic
 brum seu capiamini, vel capiantur mor- Lon
 captione, consilium vero quod sibi cre- tis
 turi estis, per vos, aut Nuntios vestros, mo
 vel per literas ad vestram, vel eorum dan- pra
 num scienter nemini pandet, & si sciri de
 fieri, vel tractari seu procurari aliq- de
 quod in vestrum vel eorum damnum cedat, rii
 illud pro posse impediet, & si hoc impedi- pa
 non poterit, illud vobis, vel eis significan- tan
 curabit. Papatum Romanum, & Regali mo
 sancti Petri tam in Regno Siciliae prædicta Tr
 quam alibi consistentia adjutor vobis, vel vit
 erit ad defendendum, vel retinendum ac re- no
 cuperandum vel recuperata manutenendum mi
 contra omnem hominem. Vestras & su- cu
 gulas conditiones supradictas, & quatuor- lib
 que alias in literis, scilicet record. Julii Po- se
 pæ II, super ipsius Regni & terrarum in- vis
 feudatione, sive investitura consecutis con- ac
 tentat

tentas ac omnia & singula, quæ in eis con- Sæc. XVIII.
 tinentur, plenarie adimplebit, & inviola- A. C. 1722.
 biliter observabit, & nullo unquam tem-
 pore veniet contra ea, nec procurabit per
 se vel alium, seu alios quoquo modo ut as-
 sumatur vel nominetur in Dominum Lom-
 bardicæ, vel Thuscicæ, excepto tamen quod
 Regnum Siciliæ & Hierusalem cum tota
 terra citra Pharum unacum Imperio &
 Regno Romanorum seu Theutonicæ, quoad
 vixerit, retinere possit juxta concessionem,
 quam a vobis desuper obtinuit, & si assump-
 tionem vel Nominationem ad Dominum
 Lombardicæ & Thuscicæ, aut majoris par-
 tis earundem fieri contingat, nullum hujus-
 modi assumptioni seu nominationi assensum
 præstabit, nec intromittet se modo aliquo
 de eorum vel alicujus eorum regimine, nec
 de civitate Beneventana, & suis territo-
 riis, districtibus, & pertinentiis, seu Cam-
 pania, neque de maritima, ducatu Spole-
 tano, neque Marchia Anconitana, Patri-
 monio Beati Petri & Thuscicæ, Massa,
 Trebaria, Romandiola, Alma urbe, in ci-
 vitatibus Perusina, civitatibus Castelli, Bo-
 noniensi, Ferrariensi, Avenionensi, & Co-
 mitatu Vancissimo, seu aliis terris quibus-
 cunque vestris & feudis ipsius Ecclesiæ ubi-
 libet constitutis ex successione, vel legato,
 seu donatione, aut venditione, seu alio quo-
 vis titulo, vel contractu nihil unquam sibi
 acquirat, seu vindicabit, vel poterit acqui-

Sæc. XVIII. rere, seu quomodolibet vindicare, & nihil
 A. C. 1722. unquam recipiet vel habebit seu retinebit,
 vel poterit recipere, habere, vel etiam retinere in illis, nec ullam potestariam, capitaneam, vel Rectoriam, nullumque aliud officium recipiet, seu recipere poterit in eisdem, seu ipsorum aliquo, nec etiam occupabit, vel occupari permittet seu facere præmissa vel partem aliquam eorumdem, neque illam offendet, aut molestabit, neque etiam Romanam Ecclesiam quoquo modo censuris poenisque spiritualibus & temporalibus in conditionibus, & in feudatione præfatis contentis, quas hic haberi volo in personis suis partibus alias pro specificis expressis & repetitis. Schismatico aut heretico cuicumque, vel a fide devio, ab ipsa Ecclesia præciso, ejusque sequacibus, & adhibentibus eis auxilium, consilium vel favorem, non dabit quovis modo per se vel alium seu alios directe, vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium, vel favorem, nec ab aliis, quantum in eo erit, impedire poterit, dari permittet, sed e contra juxta posse suum, donec convertantur, persequetur, & impugnabit. Et ulterius præmittito, quod ipse Carolus Rex infra annum ratificabit, sic dictum Carolum Regem Deo adjuvet, & hæc Dei sancta Evangelia juravi ut supra Ego Michael Fridericus Cardinalis de Althaus.

Concessa igitur Regni Neapolitani Sæc. XVIII.
 investitura Cardinalis de Althan eadem A. C. 1722.
 die in Palatio Quirinali habita Congre-
 gatione Generali coram Tribunali Ca-
 meræ Pontificiæ, ejusque Protonota-
 riis nomine Cæsaris tanquam Regis Nea-
 politani hoc juramentum fidelitatis præ-
 stitit confecto desuper solemnī instru-
 mento. Postmodum die vigesima octava
 Junii Magnus stabuli Comes de Colon-
 na Imperatoris nomine ante Vaticanæ
 Basilicæ fores in homagii pignus Astur-
 conem cum censu septem millium
 scutatorum aureorum obtulit.

§. LXXXI.

*Actum Parisiis de eligendo novo Regis
 Confessario.*

Cum Claudius Abbas de Fleury, qui *Dorsane.*
 Ludovico XIV. Franciæ Regi a *Journal*
 confessionibus erat, gravi senio, & ad- *t. 2. p. 117.*
 versa valetudine premeretur, & post *Vid. supra*
 Marchionis Villaregii amici sui exaucto- *t. 69. l. 217.*
 rationem haud mitius fatum veritus *pag. 345.*
 clam Parisiis secessisset, de novo Regis *Hist. Uni-*
 Confessario tempestive seligendo ageba- *vers. t. 8.*
 tur: In id præcipue intentus erat Car- *Period. II.*
 dinalis Noaillius, qui Jesuitas ab hoc *c. 4. p. 623.*
 munere omnino arcendos esse ratus, *Hist. Chron.*
 desuper cum Cardinale Rohanio, qui *cont. p. 797.*
 die vigesima octava Januarii Roma